

magnum Dominum, qui mortem moriendo destruxit & vitam resurgendo reparavit. Humiliatum & exaltatum, captivatum & liberatum Jechoniam h. e. propugnaculum Domini, præparatum & erectum Domini, quem Pater cœlestis nostri causa & propter nostram salutem, exiguo tempore deseruit, Deo & angelis minorem sive inferiorem fecit Ps. V. II. Heb. II. sed gloriâ & honore coronavit, ut nos ex carcere crucis, mundi, & mortis suo tempore ad cœlica gaudia & palatia eveheremur.

IDEA HOMILIÆ

Super I. Chronic. I.

P Rom. XV. v. 4.

E. à necessitate & utilitate librorum Dibre Hajamim, Paralipomenon sive Chronicorum, (non obstantibus Genealogiis ab initio præmissis & repetitis Historiis Regum & populi Dei) aliis libris Biblicis consimili nec minori, quandoquidem: I in ordine & catalogo Canonorum & infallibilium librorum Biblicorum inveniuntur. II. conscripti idioma Hebræo, prophetico V. T. originali III. instinctu procul dubio Spiritus Sancti à prophetâ vel prophetico spiritu instructo Sacerdote Esdrâ, (secundum R. Salomonem & David Kimchi quod ex ultimis lib. II. Chronic. cap. XXXVI. verbis, libro Esdræ communibus, interpretes colligere ibid. scribit Cornelius à Lapide,) qui pro Malashiâ à nonnullis habetur. IV. à Christo & Apostolis in

R 4

N. T.